

SENATORI PRESTO
JOANNI EMO
FATIS MARCI AGRICOLA
JURIS NATURALIS
ET
GENTIUM
DOCTRINA

METAPHYSICE ASSERTA.

DISPUTATIO HABITA

IN

GYMNASIO PATAVINO

A FRATRE NICOLAO CONCINA

ORDINIS PRÆDICATOTUM

E CONGREGAT. B. JACOBI SALOMONII

МЕТАРН. Р. Р. О.

Mense Novembri.

JURIS NATURALIS
ET
GENITUM
DOCTRINA
METAPHYSICE ASSERTA
DISPUTATIO HABITA
IN
GYMNASIO PATAVINO
AERATRE NICOLAO CONCINA
ORDINIS PRÆDICATORUM
CONORGEGAT. LAUDORI SALOMONI

SENATORI PRÆSTANTISSIMO²¹⁵
JOANNI EMO

EDIS D. MARCI PROCURATORI

GYMNASII PATAVINI TRIUMVIRO

F. NICOLAUS CONCINA F. P.

DIUS erat, SENATOR OPTIME, cum ego TUUM subire vultum, TIBI notus fieri, in TUAM me clientelam conferre, TE alloqui, immo verius loquenter audire vehementissime cupiebam. Verum (mibi crede, ex animi sententia dico) tantum dignitatem, lucemque tantam maxime reformidabam; non equidem illam, quam ex antiquitate Genesis, & Majorum eamvis factis posteri, hominum opinione, consequuntur; qualis Gentem & Familiam TUAM iestantur abundare historia: neque rursum hanc, qua vere fulges IPSE, & emines ob Magistratus precipios, & summos, qui in Repub. dari possint, homines ad TE semper commune judicis studioque delatos: sed illa animi TUI magnitudo, ingenua lux illa ubericima erat, ad quam, et si ego coram intrudam, venerandamque ardentiori contendere desiderio; conscius tamen ipse mibi, quam parum, TECUM maxime (si fas est) comparatus, una atque altera valeam facultate, proprius non audebam accedere. Dabit, spero, veniam singularis modestia TUA, si & desiderit, & verescundie mee causas paulo distinctius enarravero; quo ceteroquin omnium vocibus laetissime feruntur. Magni primus, ac mirabilis in mente venientibus progressus, quos saepe ego acceperam, TE a pueri non modo in humanioribus fecisse litteris, sed in ipsis etiam Mathematicis, & Philosophicis disciplinis. Occurrelescens incitabas omnes aequales; viros autem, & seniores in magnam TUI admirationem, explicationemque adducebas: quarum alteram non ita multo post mirum in modum auxili; alteram superasti. Occurrebat historiarum Scriptorumque melioris nota lectio non oriosa ad variam capiendam oblationem; sed matura ac seria meditatio, ut rerum gerendarum prudenter, quas adduc fama susinet, crebra illa scribendi, dicendique exercitationes, quibus ad operationemque adducebas: quarum alteram non ita multo post mirum in modum auxili; alteram superasti. Occurrebat historiarum Scriptorumque melioris nota lectio non oriosa ad variationem cum sermonis copia & elegancia comparares. Quibus munitus praeditus Ordinem Sevirum Senatu regundo ingressus, ipsiusque Senatum adhuc candidatus frequentans brevi dicendo effeci, ut Patribus omnibus summam videris sapientiam, argue incredibilem eloquentiam consecutus; utramque Senatore, ac Venero dignam Senatu. Nihil ex TE capiendum, aut leve, nimirumque subtile; nihil libidine cavillandi, aut cupiditate vincendi; nihil a proposito alienum, aut pigmentis fucoque illatum, vel ad ostentationem longius quæstum audiebatur: sed necessaria omnia, & cum re suscepta intimo conjuncta. Facilitate summa scientiam complexus cuiusquemodo esset, sensu mentis, & consilia eo verborum dilectu, & proprietate, tamque decoris identidem, & jucundus translationibus, isque sententias, novis omninoque TUIS explicare solebas, ut eos, qui audiret, quocumque incumbentes, posset impellere: quamquam Oratio TUA, ne illa quidem atate praefixa, non torrentis impetu omnia secum rapientis irrueret; sed fluminis instax placide graviterque manantes illaberetus in animos auditorum: quorum confessionem non aliqua affectuum perturbatione, non vehementioribus figuris, non popularibus imaginibus, quæ omnia saxe plurimum nocent, extorqueret; sed ad id unice semper intentus eras, ut scientes prudenteque in sententiis nunquam penitendum concederent. Quod haud poteras non obire: cum res ipsis & in omnem partem diligenter verba co ordine ad intelligentiam omnium accommodate evolveres; omniisque rationum pondere, & evidentiâ, quod foret expediens, aut necessarium demonstrares. Quia in re ex omnium sententia semper excellisti, & via tamen unquam sine admiratione. Quod vero pene superat fidem; fortissimo; ea tamen prudentia, & maturitate prælabas, ut semper salutaria speciosis, & tua celerrimis consilii præponeres. At si forte inevitabile in more periculum appareret; & subiustum, & certum remedium afferbas: Cuius moris perpetuo, fuit, retinenter illum. Neque per idem illud tempus solam in intelligendo perspicaciam, in consilio capiendo prudentiam, aigue dicendo eloquentiam TUAM omnes admirabantur; verum etiam gravissimorum munerum procurationem suscipiebant; diuturnam presertim, ut certa fileam, per vices, & Ravii præficiam;

216
etiam; quam ea diligentia tamque exquisita ratione gerebas, ut in grandi peruria, nullo insueto privatorum incommodo, & maximo bono publico, pecuniam omni tempore paratum haberet multo majorem opinionem. *liberalis vel hac una attente considerans non inflammata*

beres multo maiorem opinionem.

Ecquis autem homo ingenuus, & liberalis vel haec una attente considerans non inflammatum
retrum desiderio TUI, non aliquam TECUM habere necessitudinem, non quoquo modo ad TE
applicari, & pertinere acudissimum cuperet: unde intima cognitione TUI cultuque recrearetur?
Sed quis e contrario sentiens, se TIBI quam longe diffimile esse, non procul a TUO con-
spectu, nisi omni quidem carceret pudore, abduceretur? At enim haec animi secum ipso diffi-
cilitatis sollicitudo innane quantum mihi angebarat alia multo celebriora reputanti; quibus do-
mi forisque Senator iam dictus, cum primus per leges licuit, & in Collegium Sevirum,
quibus conceditur rerum summa, cooperatus inclavilli. Tum ego profecto maxime excitabar
pariterque opprimbar, dum eam ingentem gloriam mecum ipso recolebam, quam Parisis; hoc
est in theatro & luce orbis terrarum, cepisti: quo non legatus quidem, sed allegatus tantum
modo fueras ad negotiorum difficultatum, in quo magna, & privata, & publica utilitas age-
batur, praetendandum; habiturus postea, si qua causis spes existisset, publicam solemnemque
potestatem compendi. Sed ea spe neutiquam apparente, nulla quoque concessa potestas ejusmo-
di. Ex quo tamen infecto negotio, dicere ausim, maiorem TIBI accessisse laudem, quam que
potueris, si perfecies, obrinqueres. Regios enim TUA dexteritate & ratione dicendi eo adegitissi-
li, ut contra hostem Regis a TE stare equitatem & jus, non obscurae conficerentur. Nil dico,
quod non hispicio & fave loquantur. Attamen laus haec ipsa infinguere cumulata ceteris est;
quas illa in urbe, non frequenti & illustri comitatu, non multa supellefili, non apparatu
magnifico (privatus siquidem eras, nihil ceteroqui a decoro Patrici Veneri recedens) sed una
es manente virtute meritoque adepus. Spatio namque rotu mensium undecim, quod ibi com-
moratus fuisti, Ministri, Regiaeque Principes, ac summi illi & celebratissimi viri, circos,
exterique certam ommes adiutum, congressum, sermones TUOS ingeniosissimos pruden-
tissimosque, quibus mirifice capiebantur, requirebant: quamquam sapienter illos, pro more gentis,
jua ipsorum prolixius effervescentes, queaque ad nos ex iis importarentur, jactantes magnifice
decorum sale, argutissimis locis, politissimisque faciis sic vellocabas, & exerebas, ut modo
aroniti, & mirabundi se invicem ipsi contuarentur; modo etiam TIBI subridentes plaudenter
urbanissime. Hinc conjectare licet, apud nationem illam, externa qualibet haud solitam magis
facere, TE unum non Patria rancum, sed rotius, dicam, Italia exsitationem, maiorem in
modum adauisisse. Non attingam, TE quanto honore & benevolentia, quibusve humanitatis
officiis complectetur Torsius, qui MAGNO LUDOVICO a Secretis erat. Verum id minime
possum, quod animo heret penitus, silentio premere: ipsum illum (quo sic etiam TUA posse
distruiuere conseruinde frui, TEQUE beari uberiori) nihil non egisse, ut TIBI potestas fio-
ret a Senatu duo a priore diversa negotia transfigendi; quorum evenimus, ut post non bona
fortuna, quemadmodum illud, sed dignitatem respectusque politicos prefererentium, certum
felcem, & gloriolum augurabatur. Sed res haud visa Patribus opportuna. Sic namque erat
in fatis, ut sine victoria, nihilque perficendo, cum omnia posset, iustum merores honoris in-
signe: Cujus loco id unum merito mihi haberis posse videtur, MAGNUM IPSUM LUDOVICUM
(talia ac tanta de TE ex suis Proceribus audiebat) cum agro tulisse animo, quod dif-
fidiis intercedentibus TE prohiberetur audire, TE alloqui, & per se, acerrimum ingenio-
rum estimatum, facere ingenii fama periculum; tum plus senel delelatum oculos saltum
in TUUM conjicere vulnus, ex quo auditum mentis & animi excellentiam sibi colligere vi-
debar. Quid vero, si addo (nec quicquam, cuius testes non habeam locupletissimos, refero)
dicta praeclarissima, variis generis, penitusque TUA, quæ familiari sermoni fundebas, etiam
num Gallorum in ore vigeret, tanquam oracula sapientia?

Adhuc tamen longe clariorē TE feci obita ad Thracem Legatio, quæ successus habuit fortunatissimos. Natio hac, quam Gallice efferaſis moribus Trudi ingenio dispar, tam eidem omnium, quæ ſua non ſunt, contempnū par, FE, pro modo ſuo, hanc diffimili ſtudio, honore, & humanitate prosequitur eft, neque minus aciem, vim, reliquaque dotes ingenii præstantiſſimi ſuþixit: quam C cīcūm facundia TUA, vel interprete adhibiro, efficerē poruiſſi. Cujuſ rei greviſſimum eſt argumentum, quod facinus adverſum Oſcinos perpetravit, tu paucis memorabile, quoꝝ, mea ſententia, multo leviora, temporibus aliis, diuſurnorū & extirpationis nobis bellorum cauſa fuere, ea follertia, & dignitate, inſolentibus recente victoria barbaris compouifit; ut nau modo TUAM gloriā, ſed etiam Majestatem Veneti imperii conſervaris, & auferis. Ex quo compertum eft, non armis iamum, quod ajebat Demofthenes; ſed verbiſ queque TUIS vinci boſtes poſſe, quoꝝ ferō. Non jam itaque mirum, ſi TE benemerentes Paſtres ob unam ejus Legionis meritum, in qua alia plura utilitatis plena & gloria praefititi ſummo curſorum plaſu & gratulatione, MARCUM PROCURATOREM allegerunt. Illud potius admiratione digniſſimum, Viſſiorum Principem, ſingularem ejus gentis virum, hanc ſcio, an unicū, ſed raro certe exemplō, datis Epipolis, quibus publicum reddeveret testimonium, quam altam de TE animo imbibiffet opinione, quamque caris acceptuſque illi fuſſes, TUUM in Patriam regreſſum illuſtriorēm celebrioremque feciſſe. Incredibile præterea eft, quanto TE in prelio haberint, quantumque revum agendarum dexteritatem, facilitatemque gravifſimam fuerint admirari ceterorum Principum ibidem Legati: ex quibus præcipue Bonacuſ, Galliarum Orator, obſtruſus ſublimitate ingenii, Parifos cum reveriſſet, priſſimum ibi TUUM conſirmavit nomen, altiusque evenit.

Hæc fortis gesta atque obiecta, prima etiam intuentibus specie haudquaquam videbitur, me id auribus TUIS dare voluisse, TUAQUE gratiam assentationis artificio querere; quod initio mei ergo TE animi vehementer in paries adversas distractiōnem profitebar. Quid autem, si, qua pars est, narratione persequerer, quæ domi a pluribus jam lusfris, ante C post Thras.

217

iam illam Legionem, Sevir Confiliis orbis terrarum prudentissimi egisti, inque dies agere
porro pergis? Sed breviter & universe dicam; ex eo tempore via quicquam difficile magni-
que momenti, sive privatum, sive publicum, agitatum, agitarique, quod TE auctore, aut con-
sultore, vel actore etiam, felicissime gestum non sit, atque geratur. Duo tamen superrime
acta, quorum pars magna fuisse, (Collegas enim TUI similes, & immortali gloria dignissi-
mos agnosco, colamque memoria sempiterna) hoc generali dicendi ratione involvere nec pos-
sum, nec debo; sed explicate cogor attingere: quippe que Venetiis omnibus certam stabili-
que afferant uberrima causam letitiae: novissimum videlicet Italicum bellum, curationemque
veneta mercatura. TIBI namque, non tam forte ancipitem Maris genium recogitanti, quam
praeclarissimum illud C. Pontrii Samnitis dictum: Iustum est bellum, quibus necessarium: &
pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquunt spes, animo volventi, plurimum profecto de-
bemus; quod bello ita Senatus sine ulla immunitione dignitatis sua medius fieret; & beni-
gne faciens erga urramque partem efficerit, ut subiecti populi minimo, ac etiam, si recte pen-
suntur omnia, nullo, disixerim, nostro damno in summa pace & tranquillitate viveremus: dum
fumantes vicinari gentium ruinas, ac rotius Italia reliqua calamitates, leti rebus nostris,
& alienam vicem dolentes, cernebamus. Equisd im ad id non confulti sapientia, & nun-
quam satis laudanda eloquentia TUA; sive cum unius certantium Regum Legato sepius collo-
quendo; sive referendo exponendogo Patribus TIBI semper aures dantibus avidissimas, quid
facto optimum esset, rationesque perficiendi? Nostram autem negotiationem postquam diu mul-
tumque fuerat questum ac disputatum, quemadmodum magna & copiosa redderetur, TU una
cum collega prudentissimo, altero Patre lumine, sublatis parim, moderatisque arcana ratio-
ne portoris, eo demum adduxisti, ut inde exteri pariter, atque nostrates, qui sunt ejusmodi
rerum peristi, non modice rem Venetam amplificatum iri, certissime nobis prouenient; jam-
que fructum aliquem cœperimus experiri.

Post hec emulsi hactenam delibata, quæ uni ego menti ingenioque tribuo; quam me insuper
anxius haberent; quantum nimirum TE audeundi, ac saxe etiam conveniendi aviditatis ad-
derent; & quanto e contrario, aucto pudore, longius revocarent præclarissime illa virtutes,
quibus animum TUUM ornatum cumulatumque audiebam; uni illi cogitando asequi possunt;
qui, quemadmodum boni omnes, nihil secundum EDUM pluris faciunt, nihilque magis dilige-
gunt simulque verentur, quam viros sapientia & virtute supra communem mortalium condi-
tionem elatos: quo in loco TU uno omnium ore atque consensu celebrari. TUA illa presertim ab
omnibus in cœlum effertur æquabilitas universæ vite in omni genere rerum: que eo maiore
commendatione digna existimanda est, quod eam, iudicio illorum, qui TUA diuturna familiaria-
ritate utuntur, non naturali quadam, itaque necessaria bonitate obtinuerit; sed diligenti stu-
dio, viisque inferendo naturæ comparasti. Ex quo nemo non per se facile intelliget, TE
omnibus plane clare virtutibus; non ideo solum quia, unam qui habet, omnes debet habere;
sed etiam quia vere estimant ipsa hec animi æquabilitas virtus est universa. Que tamen vir-
tus, cum suis habeat gradus, in paucis admodum ita explendescit, ut magnam & universam
moveat admirationem: id quod TIBI singulariter video contigisse. Nulos enim, sincere con-
fiteor, de TE ego audiui facere mentionem; qui non simul admirabundi TUAM narrarent
in adversis asperisque rebus, eorumque, quos unice diligebas, morte immatura patientiam sine
duritia; in secundis moderationem sine simulato neglectu; in arduis ac difficultibus audeundis
fortitudinem, & constantiam peragendas. Id vero omnes predicare satis pro merito negeunt,
quod irarum ardorem, cum & IPSE a natura insitum haberet, ita sedaveris artus refrinxer-
is, ut non modo iraci nescias; sed ne incalcescere quidem posse videare; quippe qui mene
semper presenti & excelso animo sis. Quo tanto exemplo nonnulli, natura longoque usi tra-
cidores, ex TUA consuetudine, quod ipsi ultra affirmare, perquam lenes placidique facti
sunt. Vix quoque dici potest, quorū & quanta commemorem universi de TUA in Patriam
Tuosque pietate: in illam quidem, quod ex omni tempore vite nullis laboribus, vigilis, nul-
lique studio parcas, quo ejusdem saluti, felicitati, & gloria optime consulatur; quodque mu-
nera publica ea fide & integritate obcas, ut ne obretratores quidem possint vel suspiccionem
ingerere propriæ questæ utilitatibus cum publicæ aliquo detimento; neque ullius compendii caus-
sa minus unquam magnifice serues Principatus decorere: cuius sapientia etiam fieri jacturam
tenet parsimonia, ferunt, TE dicere solitum. Quorum testem sane locupletiore laudabiliorum
que desiderave nemo potest fortuna illa mediocri, quo in summa vivis contentus dignitate, pro-
cul ab omni luxu, apparatu, sumptuque immodo, cum summa tamen ubique elegantiæ: in
quibus per omnia consentientem habes regue concordem Fratrem ANGELUM, Senatorum al-
terum gravissimum, haud sanguine magis, quam mente, animoque germanum, militaribus
civiliusque prefectus. Et Tracia pariter Legatione, rerum quidem, ac temporum varicerat
TUÆ dispar, sed difficultaribus & prosperitate eventibus, ejusque gentis existimatione &
sævore haud diffimili, præclarissimum. Famæ voci relinquo, quam pure & sancte ambo uran-
que, Reætricem & Eävaricem, justitiam in privatos exercueritis, qui tanta sui-
bis in publico patrimonio integritate. Verum ad TE unum ut reverar, pieratem in
TUOS ita magnam esse intellexi, ut nihil super secundum Patriam; eaque indul-
gentia sis, ut quos amando esse cognoscis, cum iis similitates aut querimonias ha-
bere nefas existimes. Filiorum demum, qui jam ex ephebis excelfere, qualem habueris curam
& diligentiam, inde licet potissimum intelligere, quod iis multo rectissime instituendis, non
una neque levi superata difficultate, virum & Sacerdotum Collegio, multiplici admodum &
exquisita litteratura, scientiisque præclarum intra domesticos parietes in dies adductum prefe-
ceris: quos adeo filios sperare fas est, quemadmodum ego intimo ex animo precor, TUI futu-
ros simillimos, & parem proprie laudi ac merito, & Reipub. splendoris utilitatique operam
esse daturos. Prætereo nunc, quod uti in Publica Re cum fide intransigentiam ita in fami-

liari cum continencia mirifice efficit liberalitatem, quae non modo in reddendis cumulatore mensura, sed in dandis etiam beneficis eminet. Multa ex utroque genere, & singulare & recentia argumenta narrantur. Ad extremum universi paucis dicam: mores omnes TUOS non ad severitatem philosophicam, que aut vitium, aut vanitas est; sed ad Christiana Religionis sanctissimum jus compositos exactisque perhiberi; cuius sacra & ceremonia, ut virum decet, & Senatorem, & ubi, & quando, & quomodo oportet, aut convenient, colas atque frequenter; primitis quoque in summi Numinis cultum pro copia fortunaru[m] muneribus largioribus; inter quae incrustationes ille e marmore valde, pro raritate, copioso, quod nos Viride Antiquum dicimus, & est forte Lacedemonium viride, a Plinio pretiosissimi quidem generis appellatum, eternum, sed sine titulo, misericordie in templo extant in quo preces fundere, & animum solles consecrare; cuique nuper a fundamentis extriendo quantum consilio, privatisque officiis, neque modo a proprio, & publicum conciliando beneficium, artuleris adjumentum, primarius ceterique Sacerdos recordatione gratissima recolunt ac predican.

Hec paro inter cetera plurima erant, SENATOR AMPLISSIME, quae me serio cogitantem ad TE fortissime simul impellebant retrahebantque. At vero cum superiori anno primum Rei Literarie IIVIR creatus fuisti, datu[m]que Academia nostra Moderator prudentissimus, necessitate quadam mihi iucundissima factum est, ut, compreso paullulum pudore, animoque aliquantum erecto, meo ex parte satisficerim desiderio: dum TIBI novam dignitatem, & mihi ratione Academie meo equidem solo nomine, eximis procuracionis tueisque accessionem astate elapsa gratulatum veni, ac velut obseruantie & fidei sacramentum praefitustus. Qua occasione quanum gaudii accepimus, quantumque illius diei memoria solem exultare, omnino inexplicabile est. Ea namque me fusi humanitate facilitaque complexus, quam nemini nisi una potest experientia efficeri verisimilem. Aque h[oc] sola causa est, cur de iis questus ego non fuerim, qui, cum TUAS mihi enarrarent virtutes, hanc maxime unam, que in vivo Principe ceterorum corona est, non satis pro dignitate explicassent. Id enim verbis fieri haud posse, facto dicidi; tantoque magis, quanto istam ipsam comitatem TUAM cum admirabilis gravitate conjunctam artius deprehendi; unde est, ut summam TIBI reverentiam periter amoremque omnium concilie: Cujus ego utriusque affectus, ex eo, quem dixi, fortunatissimo die equidem nihil habui antiquus, quam ut TIBI pignus aliquid darem ad memoriam sempiternam. Et vere nunc peropportune accidit, ut disputationem hoc in Gymnasio habitat, sed aliquantulum retractatam & auctam in publicam debeat lucem emittere; qua factum meum tam legitimum esse defendo, quam utile ac necessarium debet omnibus apparere. Postquam duos integratos annos litterarios scientiam de interiore homine, principie de mente ejus, Theologiamque Naturalem tradidieram, ex his, tanquam ex fonte gemino rivumu[n]um, Juris Naturalis & Gentium doctrinam derivandom suscepit; que ita cum recta & accurata Iuris Civilis intelligentia copulata est, ut (sicut Cicero inquit lib. 1. de leg.) ipsum ius hoc, civile quod dicimus, in parvum quendam & angustum locum concludatur natura. Quia in opera reliquorum IIVIRUM PRÆSTANTISSIMORUM permisisti & tacita probatione alterum confumpisti biennium; coque ardente studio, quod a plerisque scirem nostram reprehendi Academiam; quippe que Cathedra ad id unice instituta erat; cum tamen apud Transalpinos a temporibus Hugonis Gorii locis bene multis constituta sit. Sed, quae est novitatis natura, hominunque indoles varia, haud potu[m] reprehensiones plurim effugere privatorum; quasi maria celsi misericere aggressus: adeo isti juris Naturalis & Gentium tractationem a Metaphysica alienam arbitrabantur: quos ego, confidens Rationis faciles libentesque cessuros, hac existimavi disputatione placandos; qua prorsus, ni falitor, exploratum facio, nihil me extra mea provincie fines excurrisse.

Eadem autem editurus TIBI nova IIVIRO continuo dicare constitui, TUOQUE nomine exornare; ut vel sic quandam studiorum meorum rationem haberes perspectam: cui si & IPSE, ut spero, benigne annueris, nihil mihi erit hoc in genere ostib[ilis]; privatoque rumores aequo animo perferens, quam semel ingressus sum viam, in ea constanter insistam. Quia ergo me humanitate, PROCURATOR ORNATISSIME, exceptisti, eadem ut hoc aliquod venerationis mea potissimum & amoris specimen accipias, etiam arque etiam rogo efflagioque, magna spe nimis fore, ut aliquando TIBI, & COLLEGIS EXCELLENTISSIMIS magis aliquid dare possim etiam in grati animi significationem & publice munificentia cultum. Scis, ut ex nihilo nihil, sic ex medico parum naturae viribus effici posse.

Quod reliquum est, a DEO O. M. felix TIBI faustumque iter enixe precor extraordinariam obituro Legionem ad Regnum Sarmatum AUGUSTO III. gratulandum: quia peracta cum publica (ut omnes omnino confidunt) utrinque laude, & gloria, firmataque in grandia spe, ad nos novo decoratus insigni salvis & incolmis redas; ac demum Patriæ litterarumque bono florentibus animi corporisque viribus diutissime viras.

A D L E C T O R E M

DUO potissimum vereor: alterum, ne hujs disputationis argumentum plerisque exilis videatur, quam ut lucem aspicere mereretur, alterum, ne in hoc, quo disputatione ipsa constat, genere didascalico videar ego nonnumquam altius, quam par esset, exaggerata usus ratione dicendi, & figurata nimium, iisque translationibus, quibus digna non esset materies. Ad primum tamen quod attinet, ne causam penè dixerim necessariam, quæ ad hanc me editionem impulit, hoc loco repeatam atque inculcem; quippe quam & in Epistola Mecanatem, & ipso disputationis exordio satis expelli; neve rationes alias, quæ in promptu essent, non levioris sane ponderis, attingam, hoc uno contentus ero: Si Cicero partem magnam trium de Oratore litorum definiendis afferendas rebus Artis Oratoria propriis consenserit; n[on] ego arbitror, haud fecisse me dispendium opera, dum, quod a nemine factum scio, nobilissimam vindicavi provinciam Metaphysicæ; que hercule neque præstantia, neque utilitate, neque dumrum necessitudine cedit arti illi; ne quid amplius dicam. Hinc autem credo ab altera quoque poste me reprehensione abesse. Ex iis namque ipsi Ciceronis libris, aliquippe ejusdem, qui in eodem plane cum mea disputatione versantur genero docendi, plerunque, ut equidem potui, conatus sum, & figuræ & translationes, quæque elatiiores videri possunt, loquendi formulas aut imitari, aut etiam, paucis commutatis sumere, meamque ad rem traducere & accommodare: idque viros magni nominis fecisse video. Accedit, quod, si Cicero a natura dialogorum, qui scripti revera sunt, & solum finguntur habiti, quique etiæ haberentur, familiari tamen & sermone planissimo deberent institui, haud alienum existimat, figuræ identidem & translationes modosque adhibere vehementiores in rebus nihilo mea sublimioribus; multo profecto minus decebat illius item disputationem reapse habitam: quæ non affectus quidem cire, sed excitatos tamen erectorumque debet animos teneri audientium, ut mentem ad intelligendum intendant. Si qua vero postmodum adjecta sunt, ut uno eodemque, quoad fieri poterat, tenore procederent, solicitus fui. At nolo hinc quisquam suspicetur, me aut dicendi, aut nitidæ politæque locutionis mihi laudem tribuere; a qua me procul abesse, quam clare cognosco, tam candide prosto: sed e[st] quodam prodire tenus si non datur ultra.

Ceterum si quid minus cautigam moderatunque calamo usquam excedit, dicas causia acceptum volo, & quasi acerem verberans; minime autem cuiuspiam animo offendendi: Cumque viros laudo Religionis communione a nobis disiunctos; solum in quo laudar imerentur; laudatos ajo protektorque; ex quo si forte fieret, ut plus justo aliquis auctoribus illis tribueret, capta foret, nequaquam data occasio.

Duco præterea monendum, nonnulla me hac in disputatione ex professo refutasse, qua in aliis quibusdam lucubrationibus rata simulabam habere temporis caussa; cum locus non esset & opportunitas ea pertractandi: ideoque vulgari communique opinioni indulgendum putabam.

TUM CRASSUS, Non in hac, inquit, una, Catule, re, sed in aliis etiam compluribus, distributione partium, ac separatione magnitudines sunt ariuum diminute. An tu existimas, cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios, qui vulneribus, alios, qui oculis mederentur? Num Geometriam Euclide, aut Archimedem, num Musicam Damone, aut Aristoxeno; num ipsas litteras Aristophane, aut Callimacho tractante, tam discreptas fuisse, ut nemo genus universum complectetur, atque ut alius aliam sibi partem, in qua elaboraret, seponeret?

Cicero de Oratore Lib. III. num. XXXIII. Edit. Verburg.